UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

H ante U

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

Priſci. Hoſpes tamē dictus ē ꝙ hoſtiū noſtrū petat: vel ꝙ ore.i.oſculo aduenięs nos petat ac mutuo petat. Luca. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Alij volūt eē generis omnis nā neutrū plurale hꝫ hoſpita: cū tamē hoſpita dici deberet: ſicut diues diuitia. Ouidi. libro.xv.me. Nec inhoſpita tecta crotonis. Dicunt aūt hoſpites amici diuerſarū patriarū qui ſe mutuo recipiūt cū alter in alterius patria peregrinus ē Oui. Nō hoſpes ab hoſpite tutus. Ci. per dextrā iſtā: quā hoſpes hoſpiti porrexiſti. Taliſqꝫ amicitia hoſpitalitas dicitur: ſiue hoſpiciū. Ci. Fuit mihi cū illo vetus hoſpiciū. Et eoꝝ domꝰ: q̄ gratis liberaliterqꝫ veniēti hoſpiti patent hoſpitia dicunt. Idē. ex hac vita diſcedo tāq̄ ex hoſpitio nō tanq̄ e domo. Quapropter ⁊ ędes q̄ publicę parant ad egenos recipiēdos hoſpitia ⁊ hoſpitalia appellāt. Nā illa q̄ viatoribus ꝑegrinisqꝫ mercede patēt Cauponę diuerſoriaqꝫ vocāt. Hic appellamꝰ locū hoſpitalē quo ſine ꝑiculo non venimus aut moramur. Sunt tamen qui nec hoſpes nec hoſtum aſpirent

Hoſpita tę. ⁊ hoſpita neutro gn̄e ⁊ nūero plurali q̄ facile ſuſcipiūt. Hiero. in exo. Poſtulabit mulier a vicina ſua ⁊ ab hoſpita vaſa argētea. Ter. in an. Nū illi moleſto q̄ppiā hę ſunt nuptię ꝑꝑ huiuſce hoſpitę ꝯſuetudinē. Sic hoſpita terra dr̄ ī q̄ facile ſuſcipimur. Et hoſpita equora ſeu hoſpita flumia ꝑ q̄ nauigari aut trāſiri pōt. Statius li.iij.the. Accipies feſſiſqꝫ libens iteꝝ hoſpita pandas flumina. Uirg. li.iij. Pauca tibi e multis quo tutior hoſpita luſtres ęquora. Seruius. Hoſpita ęquora vicina. Nihil enī nobis hoſpitio vicinius eē conſtat

Hoſpitale ſeu hoſpitium domus hoſpitum. Liui. li.ij. Ibi benigne excepti diuiſiqꝫ in hoſpitia curatis vulneribus. Significat etiam hoſpitium amicitiam ⁊ familiaritatem: quā hoſpes erga hoſpitem habet.

Hoſpitalis ꝓ liberali ⁊ facili ad ſuſcipiēdum hoſpites hoſpitio aptoqꝫ ad ſeruiendum hoſpiti. Hopitale adiectiuū quod eſt hoſpitis: ſiue qđ ad hoſpitem ꝑtinet. Liui. lib.j. Exceptus benigne ab ignaris cōſilij cū poſt cęnā in hoſpitale cubiculum deductus eēt. Et lib.ij. Alij ꝓfecti domos nūcij hoſpitaliū beneficiorum multos Romę hoſpitū: vrbiſqꝫ charitas tenuit.

Hoſpitalitas ipſa facilitas ⁊ inrecipiendo benignitas.

Hoſpitor hoſpitaris amice in hoſpitiū recipio vel recipior.

Hoſtum inquit Uarro vocant quod ex vno facto olei reficit. Factum dicunt quod vno tempore conficiunt. quem alij cētum quadraginta aiunt eſſe modiorum.

Hoſtio is. ęqualiter eo: ꝓcedo: ęquo: ⁊ vicem reddo. Plau. in Aſi. Quin ꝓmitto inq̄ hoſtire ꝯ vt merueris. i. ęq̄ reddere. Qn̄qꝫ ꝯprimo: coherceo: dictū ab hoſtia. Pacu. Niſi cohercuero ꝓteruitatē atqꝫ hoſtiero ferociā. Qn̄qꝫ offendo cędo Idē. Nūc id mihi moleſtū ē: ꝙ hoſtit volūtatē tuā. Huius cōpoſitū eſt Rehoſtio ꝙ ē vicem refero vt inquit Feſtus.

Hoſtimētū ęq̄mētū vt cū q̄s ꝓ bn̄ficio cōpenſationem accipit. a Plau. in aſi. Par pari datū hoſtimentū eſt: opa ꝓ pecunia.

Hoſtis cōis gn̄is ab hoſtio is. qđ eſt ęquo: quū in hoſtium conflictu ſoleat fieri q̄dā ęquatio ordinum ſeu ꝙ ex aqua cā pugnā adeāt. vn̄ apud antiquos hoſtis ꝑegrinus dicebatur ꝙ ſuis legibꝰ viuēs nobis ęquus videretur. Nūc dicūt eū quē tunc dicebāt ꝑduellē: q̄ nobis: aut cū nos bellum publice decreuimus. Inimicus cū quo ꝓuatas exercemus inimicicias.

Hoſtile pe.ꝓ. qđ eſt hoſtis. Uir. Indutoſqꝫ iubet truncos hoſtilibus armis. Hic hoſtiliter aduerbium ad modū hoſtium

Hoſticus. a. um. pe. cor. idē qđ hoſtile. Hor. in Ser. hūc neqꝫ dira venena nec hoſticus auferet enſis. Col. in prefa. Quamq̄ inter ferrum ⁊ ignes hoſticis incurſionibus vaſtatas fruges largius tn̄ cōdidere q̄ nos quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem ruſticam.

Hoſticus ſubſtantiuum nomen poetę fuit.

Hoſticapax pe. cor. qui hoſtes capit.

Hoſtia ab hoſtis deducit ſignificatqꝫ ſacrificium qđ ab his fit q̄ in hoſtē ꝑgūt ob victoriā. i. ꝓ victis hoſtibus. vn̄ ēt lares hoſtiolos dixerūt ꝙ hoſtes ab eis pellerentur: hęc ⁊ victima dr̄. Hiero. hoſtia dr̄. q̄ ꝑ ꝑtes diuidit ⁊ ſanguis circa altare effundit: ⁊ ipa hoſtia foris ꝯburit: Sacrificiū dr̄ vinū ⁊ oleū ⁊ mediū aīal. holocauſtū totū cōbuſtū. Et victima anteq̄ occidat. Feſtus. hoſtia ſacrificiū qđ laridus īmolabāt: ꝙ ab illis hoſtes arceri putabāt. Oui. hoſtibus a domitis hoſtia nomen hꝫ. In q̄ ſignificatione ēt dr̄ victima a deuictis hoſtibꝰ vt apud eundē. Uictima quę dextra cecidit victrice vocatur Alij hoſtiā ab hoſtio ferio deriuāt. Placidꝰ grāmaticus ab hoſtimēto ideſt ęquamēto. Hel. ſcribit hoſtiā a quolibet ſacerdote Uictimā eius q̄ vicerit manibus debere immolari. Hoſtia etiā ciuitas: de qua in dictiōe Oſtia. Et hoſtia nomē puellę quā a ſe amatā ꝓpertius cynthiam vocauit.

Hoſtium hoſtiarius. vide infra in dictione Oſtium.

Hoſtoriū: lignū ęquatoriū: baculus cum quo modius ⁊ cęterę menſurę ęquantur ⁊ alio nomine radius dicitur.

H ante U

Huber ſm Apul. cū h ab υδω Pluo. Alij magis ab humeo. Loca enī arida infęcūda ſunt: ꝯtra quę humecta ſunt feracia: ⁊ mulierū hubera ſi humore careāt: carebūt ⁊ lacte. Gn̄is communis vel oīs ꝓ abūdāti ⁊ fęcūdo. Cato. lib.ij. Orig. Ita res huber fuit. Amb. lib. hexa. Quacūqꝫ ex cā ſoli huberis ſterilitate mulctat. Palladius. pratis recētia ſtercora ꝓficient ad huber herbaꝝ. Huius ꝯtrariū ē inhuber. Hel. Inhuberes ⁊ multę q̄dē macręqꝫ eēnt Huber vō neu. gn̄e mām̄a ē. Uirg. Binos alit hubere fętus. Ab huber ꝓ fęcūdo fit hubertas hubertim ⁊ huberrime aduerbia: pro fęcunde copioſe.

Hubero as. huberem ⁊ fęcundum facio. Palla. li.iiij. hoc velut coitu ſteriles arbores huberantur.

Hubertus. a. um. abundans. Hel. Bed ea ipſa genera dicēdi iā antiquitus tradita ab humero ſūt tria in tribꝰ: Magnificū in Ulyſſe ⁊ hubertū. Subtile in Menelao: ⁊ Cohabitum Miſtum moderatumqꝫ in Neſtore.

Hu: interiectio eſt dolentis ironiam ſignificans.

Huic dtū ꝓnoīs monoſyllabum eſt: vt huic coniunx Sichęus erat. Quandoqꝫ per dihęreſim biſſyllabū efficitur. Sta. lib.j. the. Lętus huic domino videas dare iura nepotes.

Hululo as. pe. cor. proprium eſt vocis tum luporum tum canū hinc hululatus.

Huiula pe. cor. auis buboni ſimilis q̄ cātu ſuo nomen accepit.

Humus terra hūc facta a quo humeus a. um. qđ ex humo ē. Dicta humus ꝙ humorem contineat. licet nō conueniat tpe.

Humor ab humus fit: q̄ aquę terris incluſę ſunt.

Humidus a. um. pe. cor. quod extrinſecus humorem habet.

Humeo es humui humectum. madidus ſum. Col. li.iiij. Uerū eſt in ope difficilior ꝙ neqꝫ humentē fodere poſſis ꝙ ſit glutinoſa: nec nimiū ſicca: q̄ vltra modum ꝑduratur. Aug. lib. xiij. ci. de. Erat enim puluis humectus.

Humeſco humidus fio. Uirg. li.iij. geo. humeſcūt ſpumis flatuqꝫ ſequentū. Amb. per tranſlationem. Pulchrum eſt vt diuinarum ſcripturarum humeſcamus eloquio: ⁊ quaſi ros ſic in nos dei verba deſcendant.

Humecto as. frequentatiuum ſępe humidū facio. Uir. li.iiij. ge. Qui niger humectat flauentia culta galeſus. Col. lib. viij. Agnus cum eſt editus erigi dꝫ atqꝫ huberibus admoueri: tum eius deductū os preſſis humectere papillis: vt cōdiſcat maternum trahere alimentum.

Humarium ſacrificij genus.

Humo as. humo cōtego ſepelio. Ci. li. tu. Magroꝝ eſt mos nō hūare corpa ſuoꝝ niſi a feris ſint anī laniata. idē in eodem In terrā enim cadentibus corpibus hiſqꝫ humo tetis: a quo dictū ē hūari. humatus ergo humo ꝯtectus ſepultus quoquo mō cōditus. Quandoqꝫ tamē humatus ꝓ ſepultus ponitur. Hel. In ſui pueri ſepulchro humatus ē. huius compoſita ſunt Exhumo qđ eſt e terra extraho. Inhumo terre iniicio. Pli. li.xvij. Nō ihumare taleas aut ſiccare prius q̄ ſerant vtilius compertū q̄uis ihumatus quādoqꝫ inſepultus dicatur.

Humanus a. um. ab hō: ſicut a fera ferinus: murata o in u. Ueteres enim homanus dixere: ⁊ ꝓprię dr̄ qđ ē hoīs: vel qđ ad hoīem ſpectat. Plau. in Am. Nō minus q̄ veſtrū quis formidat malum humana matre natus humano patre. Teren.

homo ſum humani nihil a me alienum puto.

Humane res dicuntur res hoīum vt argentū:nummi fundus poſtremo etiam ipſa cogitatio.

Humanitas ꝓprie nām humanā ſigt. vñ apud apoſtolū ſcriptū eſt:vt hūanitas ſubijciat̄ diuinitati. Deinde ſumit̄ ꝓ.eo qđ greci παιδειαν dicūt nos eruditionē ⁊ inſtitutionē ī bonas artes quas q̄ ſynceriter cupiunt atq; aſſequūtur:hi ſunt vel maxime hūani. Huius ſcientie cura ⁊ diſciplina ex vniuerſis aīalibus vni hoī data eſt idcirco humanitas appellata. Uar. Praxiteles inq̄t ꝓpter artificiū egregiū nemini eſt paululū humaniori ignotus. Humaniori dixit:pro eruditori Hic ſtudia hūanitatis.i.eruditionis appellant̄:q̄bus artes liberales intelligunt̄.ſed q̄ hō inter oīa aīalia maxime mitis eſt. Idcirco humanus ꝓ facili ⁊ miti ponit̄:⁊ hūanitas ꝓ facilitate tractabilitate māſuetudine clemētia beniuolentiaq; quā greci φιλανθρωπιαν vocant q̄ſi amorem in hoīes φιλος amor ανθρωπος hō. Ci.li.j.offi. Non mō id virtutis nōē:ſʒ ē potius īmanitatis oēm hūanitatē repellētis. Amb. li.iij.offi. Cōſidera hō vñ nomē ſūpſeris. Ab humo vtiq; q̄ nihil cuiq̄ eripit:ſed oīa largit̄ oībus:⁊ diuerſos in vſus oīum aīantiuʒ fructus miniſtrat. Inde appellata hūanitas ſpecialis ⁊ domeſtica virtus hominis q̄ conſortem adiuuat.

Humaniter aduerbiū ſignificat cum humanitate.

Humanitus:ſimiliter aduerbiū ſignificat ab hominibus: ſicut diuinitus a deo ⁊ celitus a celo.

Humile pe.cor.dr qđ eſt humi decliue. vñ ⁊ ꝓ paruo abiecto ⁊ ſubmiſſo ponit̄. Uir. atq; hūiles habitare caſas. Col.lib.iiij. Bos humilis iquit. Hic hūilitas breuitas abiectio. Ci.li.j.offi. Quoꝝ aūt prima etas ꝓpter humilitatē ⁊ obſcuritatē ī hominum ignoratione verſatur. Humilio as.humilem facio.

Humerus pe.cor.ab humo fieri quidaʒ exiſtimant. quia inſtar humi ſufferēdis onerib⁹ apti ſūt hūeri.ſūt aūt humeri a q̄b⁹ dependēt brachia. Quoꝝ q̄dē humerorū latitudo fortitudinē ac prudētiā īdicat. Uirg.lib. ij. Hec fatus latos humeros ſubiectaq; colla.hi ēt armi dicunt̄:a q̄b⁹ arma vt inq̄t Feſt⁹ hic humeroſus a.um. Col.li.iiij. Itaq; cuſtodiem⁹ vt a p̄dictis locis quos humeroſos ruſtici vocant ſemina legamus.

Hunni ppl'i ſūt quōdā in ſcythia Europe ſup meotida paludeʒ incoluere:deīde mutatis ſedib⁹ ingēti multitudine profecti ī pānoniā deuenerūt. De his Hier. ad Ocea. Ab vltima meotide inter glatialem tanain ⁊ maſſagetarum immanes populos vbi caucaſi rupibus feras gentes alexandri clauſtra cohibent erupiſſe hunnoꝝ examina: que pnicibus equis huc illucq; volitātia cedis pariter ac terroris cuncta complerunt.

H ante Y

Hyacinthus flos viola ⁊ gēma in qua fulgor violaceus dilutus eſt vt inquit Ply. Uñ hyacinthinus.a.um.pe.cor. color aerius. Hiero.in exo.ſcribit pelles hyacinthinas appellari a colore. Et vellū ex hyacintho cocco byſſo purpuraq; contextū. In quo hyacinthus aeri deputabat̄: ſicut coccus etheri: byſſus terre purpura mari: vt idē cū Ioſepho aſſerit. Oui. li.x.me. Annua p̄lata redeūt hyacinthina pōpa. ſūt autē hyacinthi albi ⁊ cerulei ⁊ rubei ſiue purpurei. vñ ⁊ hyacinthina. Uir. Et ſuaue rubens hyacincthus. eſt āt hyacinthus ruber flos ex herba eiuſdē noīs naſcēs. A cuius ſimilitudine rubre veſtes hyacinthine veſtes noīant̄:hoc eſt hyacintho flore ſimiles. Per. Huic aliq̄s cui circa hūeros hyacinthina lena ē. vñ īter gēmas q̄ berylli dicunt̄ hyacinthizōtes vocant̄ q̄ rubore quodā ſuffuſi ſūt. ⁊ hyacinthus p ſe gēma ē amethyſto ſimilis. Hyacinthinus color hiſginus ēt dr a genere herbe q̄ hiſge dr. De hyacintho aūt flore duplex extat fabula. Nam ⁊ hyacinthū puerū dilectū ab Appolline: quē īprudēs īterfecit in hūc florē mutatū tradūt. vñ in eo due p̄me lr̄e īſcripte cernunt̄ αυ q̄ vox dolentis ē. et Aiacē ī eūdē florē ɔuerſuʒ aiūt dum īpatiētia p̄lati ſibi vlyſſis ſeip̄m īteremit:cuius nomen ſimiliter in principio αι litteras hʒ. Oui. Littera cōis medijs pueroq; viroq;. Inſcripta ē folijs hec noīs illa querele. ſūt qui hyacinthos vacinia interpretentur latine. Ply. Italie inquit vacinia in aucupijs ſata. Galie vō etiam purpurea tingendi cauſa ad ſeruorum veſtes.

Hyacinthina ſubſtantiuum vt auctor eſt Hiero. contra Ioui. dicebantur quedam ſacra nocturna. hyacinthina vō adiectiuum eſt a hyacinthus ſicut modo oſtenſum eſt.

Hyades ſtelle ſeptē ī cornib⁹ ⁊ ore tauri q̄ quotiēs naſcunt̄ vt occidunt pluuias creant. απο του ὕω pluo ſuidas υαδες οι εω ι των κερατων τοῦ ταυρου αςερες. Ouidi. At ſimul īducēt obſcura crepuſcula noctē. Pars hyadū toto de grege nulla latet. Ore micāt tauri ſeptē radiātia flāmis. Nauita q̄s hyadas grauis ab vrbe vocat. Ul' dicte ſunt hyades ꝙ in ſeptē y lr̄e poſite ſint in celo. Alij dicunt ꝙ he bacchi nutrites fuerūt:q̄ dodonides nymphe vocant̄ a dodona ciuitate Epiri: ⁊ cū Iunonis irā vererētur fugerentq; lycurgi regis ſeuitiā:iupiter eas ī celo ītulerit: ⁊ ſtellas eē iuſſerit. Alij tradūt Atlātē ex etra vxore hyaʒ filiū ſuſcepiſſe: quē a leone deuoratū cū ſorores miſerabili lamētatiōe ꝓſequerēt̄: ⁊ merore vitā finirēt:iupiter illas miſerat⁹ in ſtellas verterit: vt eaꝝ pietatis ꝑpetuū hoc eēt teſtimoniū:q̄ de fratris noīe hyades ab hoīb⁹ dicte ſunt. Fuerūt aūt ſeptē ſorores que ⁊ Atlantides appellant̄. Latini eas ſuculas vocant: q̄ ſues gaudent luto quod fit ex pluuia aqua. Haꝝ noīa Ambroſia: Eudora: Priſithoe. Coronis: Plexaura: pitho: tythe.

Hyena cū diph. ⁊ pe. ꝓ.aīal ferꝫ atq; agreſte. qđ alternis maſculum eſſe ⁊ feminā tradit Ply. Sermonē quoq; humanū aſſimulare in cuius ſpina articulus ſiue nodus ē ad medicamīa efficax. Hiero. Fel hyene oculoꝝ reſtituit claritatem. De hoc aīali. Ouid.li.xv. et q̄ modo femina tergo paſſa marem: nūc eſſe marem miramur hyenam.

Hyalus pe.cor. vitrꝫ. Et ꝓ viridi colore ſumit̄. Uir.li.iiij.geo. Mileſia vellera nymphe carpebāt hyali ſaturo fucata colore ideſt vitri ꝙ fit naturaliter coloris viridis. Inde fit hyalinus pro vitreo. Hyalurgus pro vitreario.

Hybernia: Inſula inter ſeptentrionem ⁊ occidētē ſolem dimidio minor q̄ʒ britānia:cui ꝓpinqua eſt ab hyberno tp̄e vt q̄dam putant ſic appellata propter hyemis magnitudinē. Hic hybernicus a.um. vt mare hybernicum.

Hybernus a.um. qđ ē hyemis : vt glacies hyberna: qđ nomen ab hymbre deduci aſpiratio īdicio eſt. Quidā tñ magis per i latinū ſcribūt hibernus: ſicut ⁊ hiems ⁊ himber. Fit auteʒ hybernus ab himber. remota m. ſicut a patre paternus. Sʒ vtrunq; ſcripſeris puto culpandus non eris.

Hyberna numero pl'i dn̄r loca in q̄bus milites hyeme ſtationē faciunt Aeſtiua in q̄bus eſtiuo tp̄e cōmorant̄. Uarro appellat hybernacula. Ceſar. Poſt hec legionibus in hyberna deductis in italiam profectus eſt.

Hybernacula. loca ad hybernandū parata. Liui. In eo loco milites hybernacula ſibi conſtituerunt.

Hyberno. as. hyemo. ſeu in hyeme ſtationeʒ facio. Liui. Legioneſq; placentie hybernabant.

Hyble vel hybles: ciuitas Sicilie in q̄ thymi ⁊ ſalicuʒ copia ab hyblone rege dicta. Hāc Stra. a dorienſibus ɔditam ſcribit Eſt ēt huius noīs mōs ꝓximus thymo abūdās: vñ apes paſte mel optimū ɔficiunt. hinc hybleus a.um. vt Apes hyblee ⁊ mel hybleuʒ. Uirg. Hybleis apibus florem depaſta ſalicti. Mar. Cum dederis ſiculis medie de collibus hyble. Cecropios dicas tu licet eſſe fauos. Hic mons ēt megara vocatur.

Hybride pe.cor. vocāt̄ canes q̄ in parib⁹ parentibus nati ſunt inq̄t Porphirio hoc eſt ex venatico: ⁊ gregario. Ply.lib.viij ſcribit hybridas vocari ſues ex ferro ⁊ domeſtico ſue progenitos. Que appellatio ad hoīes quoq; trāſlata eſt: vt qui patre Romano ⁊ matre ꝑegrina natus eſt vel ecōtrario hybrida appellat̄ υβρις enī cōtumelia υβριζω contumelior cōtucior: vt ſint hybride q̄ſi ꝑ contumeliam nati. Sue. in Aug. Themaſini epicadi ex gēte parthica hybride. Hora.li.j. Ser Hybrida quo pacto ſit perſius vltus opinor.

Hybris: auis ex accipitrū genere q̄ die minus apparet: q̄ non clare videt ſed nocte venat̄ more aquile. Pugnat ēt cū aquila adeo acriter vt ſepius ambe implexe deferantur in terra.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN